19056

# Practica ad annum domini. M ccccc.xviij. Magiſtri Johannis Virdungi de Haſſurt

Edita pro Illuſtriſſimo principe Ludouico. Comite palatino Rheni. Bauerie duce: et Sacri Romani Imperij. Archidapifero. Principeqꝫ Electore ꝛc.

KÖNIGL. PREUSS. METEOROLOGISCHES INSTITUT BERLIN



Mars. Saturnus.

¶ Petri wernheri Themarenſis ad inſignem magiſtrum Johannem Virdung Haſſurdenſem Mathematicum &c. vt in futurum annum Prognoſticon edat exhortaio.

Felix illa dies Virdung venerande magiſter.
  Que niueo lapide leta notanda venit.
Qua noſtras terras te/iterū remeaſſe paternas.
  Et loca dacorum deſeruiſſe/datum.
Jlla licet felix:tamen eſt felicior iſta.
  Qua te preſentem cernimus eſſe virum.
Mirando plures audiui querere. Quoniam
  Virdung peruenit? copia nulla ſui eſt?
Ex noſtris modo quis. venturū ſcribet in annum?
  Quo duce:mandabit grana colonus agris?
En patrie ſpecimen/francorum nobile lumen.
  Qui prorſus nulla. dexteritate cares.
Incipe precipuos pholomei voluere libros.
  Et quorum celum maxima cura fiat.
Si dominus celi clementior vllus in oras.
  Forte velit noſtras/ſceptra mouere ſua.
Atq; futura refer: que ſpes de munere Bachi?
  Largior an fiat: que modo parca Ceres?
Tum tua laus/nomēq; tuum/et tua fama manebunt.
  Neccharus irriguus dum fluet vber aquis.

Ex noua ciuitate Rhenana. xvij.
kalēdas. Octobris. M.ccccc.xvij.

¶ Preſtanti Magiſtro wernbero Temarenſi Jurium Bacca laurio in Noua Ciuitate Rhenana Canonico ꝛc. Magiſter Johannes Uirdung de Haſfurt Mathematicus ꝛc.

S. P. D.

¶ Doctiſſime magiſter Cum te vnū ex illis elegi. quos pre alijs hucuſqꝫ ſūme dilexi/impellit me mutuus inter nos amor ingenteſqꝫ tue virtutes/tuis vt obtemperē petitionibus: quibus me tuis in carminibus adhortaris. Nouū vt iteruꝫ prognoſticon in annū. M. cccccxviij. ſcribam Et ſi maiora a me affectares: haud recuſarē me id ſedulo ob tui amorē facturū. Spero ⁊ in hoc me facturū rem nō ingratā Jlluſtriſſimo principi ⁊ dn̄o meo: dn̄o Ludouico Comiti palatino Rheni Bauarie duci Sacri Romani jmperij Archidapifero Principiqꝫ electori: qui vt ſpero benigne ſaltem ſemel legat. Uale. ex edibꝰ meis Sole peragrante decimi Scorpionis graduꝫ. Anno domini. M.ccccc.xvij.

# Capituluꝫ Primū de domino Anni.

¶ Belliger ipſe Mars qui in omibus anni quadraturis angulos celi nobiliores poſſidebit. dominiū principabile anni. M. ccccc. xviij. tenebit.

# Capitulū ſecundū de fructibus terre.

¶ Etſi multis in regionibus. tā meridionalibꝰ ꝙ occidentalibus. ob ſolis ⁊ lune deliquiā. alioſqꝫ aſtrorū influxus: quos breuitatꝭ gratia miſſos feci. vinum. ſiligo: aliaqꝫ frumēta. aliqualem in creſcētia defectum patienꝭ. Tamē apud nos. noſtroqꝫ ſub orizonte maxima aſtrorū pars fruticoſam ⁊ letam creſcentiā in terre frugibus indicāt. quare pcemur deū ſaluatorēqꝫ nrm̄ ne fecundā illū aſtrorū influxū a nobis auertat. ſicuti anno preterito. M. ccccc. xvij. factū fuit: vbi maior aſtrorū influxus fertilem annū ꝓſagiebat: vbi primū vites vinearū et ſemia agrorū indicauere. ꝙ et copioſe ſe oſtentabant. poſtea tamen in breui ob frigoris impetuoſitatē que(vti pie credendū eſt) nō ex aſtrorū influxu emergabaꝭ. cū iuxta omēs aſtronomie profeſſores: nullus notabilis aſtrorū influxus ꝙ frugibꝫ nocumētū afferre potuit in celis conſpiciebaꝭ. Sed potius ex diuina vltione quā pater in celis in nos immiſit ꝓpter delicta ⁊ peccata nr̄a. perpende modo ꝙ ſapis quāta nephanda mala vſurarij ⁊ potatores potiꝰ ingurgitatores vini nedum in deū ſed ⁊ in proximos: aſtetiā in totā cōmunitatē cōmittunt: nōne vſurarij furtiue cū aſtucia ⁊ violenter tā frumenta ꝙ vina: aliaſqꝫ res

vendibiles cōmunitati detrahent. et ſeſe ipſos nōnunq̄ꝫ deſperati la-
queo ſuſpendūt: nonne ⁊ ingurgitatores vini deū verbis obprobrio-
ſis blaſphemāt ⁊ potādo ſeipſos aīaſq̄ꝫ eorū in vino ſubmergendo
eterne morti tradēt. quis nūc adeo demēs: qui hec horrenda mala di
uina vltione digna nō exiſtimet. Sed ne nimiū tranſgrediar nr̄i pro
poſiti limites: dico cōcluſiue. Siligīe. Triticū. Vinū. aliaq̄ꝫ frumē
ta laudabilē habere creſcentiā. Etſi in hyeme: et forte circa Januariū
frigus alicubi ſatis vehemēs inſtabit/ minime tm̄ nos pterrere debet:
quoniā ſi cōfidentiā in deū ponimus nobis abūde omīa dabit. dicit
Albumaſar magnis de cōiunctionibꝫ q̄ multis in climatibꝫ erit mul
titudo frumēti ⁊ ordei: ⁊ leticia cadens in vineas cū ſalute arboruz. et
hoc idem affirmat Sem filius Halij cuz dicit. Saturnus cū intrat
Capricornū erit mūdus bonus: terra piguis in oriente ⁊ occidēte ar-
bores vermibꝫ corrumpent. bonū forum annone. olei ⁊ mellis. linum
charū et veſtis linea. piper vile: et volatilia chara.

# Capitulum tertiū de infirmitatibus et peſte.

❡ Cum enī Sol ⁊ luna poſt deum omniū viuentiū vita ſunt vti in-
quit Hermes ille antiquus p̄ma ſui centiloquij ꝓpoſitione. et cuz ſol
dirigat ſpiritū vitalem cordis: ⁊ luna ſpiritū animalē ⁊ motiuū cere-
bri quēadmodū habet Ptolomeus. lxxvj. verbo centiloquij/ nemi
ni dubiū cum eclipſim patiant̄ quin eorū virtutes circa inferiora di-
minuant̄: ⁊ per cōſequens mors inducat̄. vnde cum anno p̄ſenti am-
bo luminaria eclipſent̄: non ad minimā ſuorū corporū quantitatem.
timendū erit magnā mortalitatē ⁊ peſtilenticos morbos multos in-
uadere homīes. tam orientales q̄ꝫ occidentales. magis tm̄ illos q̄ occi
dentem verſus in ciuitatibꝫ geminorū ſigno ſubiectis morant̄. Time
ant etiam homīes q̄ ſub Geminis aut Sagittarij ſigno nati ſunt in
mūdū. aut q̄ ſub Ariete ⁊ Cancro ab vtero matris in lucē prodijere/
ne atra Eclipſis eoruz corporū animas ab his terrenis rapiet. Et q̄a
cū ſol ⁊ luna vniuerſaliter ſuos radios in vniuerſum orbem effundūt
timendū eſt ⁊ nos in Heydelbergenſi orizonte cōmorantes minime
eorū effectum ſubter fugere. quare p̄cemur deum vt peſtiferū celi in-
fluxum a nobis auertat. Generales aūt huius anni egritudines erūt
febres varij generis. Tuſſis. vomitus. ptiſis. ſpinicio ſanguinis. epi
lepſia. paraliſis: et mania. nociueq̄ꝫ egritudines. capitis. cerebri ⁊ cor
dis: dolores ventris ⁊ inteſtinoꝝ: quare colica multis nociua erit. Et
hec egritudines illos maxime torquebunt qui p̄fecte ſunt etatis: ⁊ in
etate adoleſcentie. Et vt breuibus cōcludo. mors ſubita ⁊ atrax nedū

homīes verū ⁊ multa animalia/tum pcipue Equos. Mulos. Aſi-
nos. Capras. Capriolas: lamentabiliter proſternet. deus tamē cōdi-
tor aſtrorū hec ⁊ alia iuxta ſuum velle diſponere habet.

# Capitulum quartum de Bello.

¶ Mars qui in omnibus anni quartis angularia poſſidebit loca: bel-
la/ſanguinis effuſionē manuūq ⁊ pedum abſciſionem. fraudes. dece-
ptiones. percuſſiones et vulnera indicat: et q homīes ſeinuicem di-
ſcordabunt ⁊ ſe odio habebunt: ⁊ q vnus ſe retrahet ab altero ipſum
derelinquens. Et forte gentes noſtri horizontis ⁊ climatis inclina-
bunt ad bella ⁊ lites pro quibus habebunt ſi prouiſi erunt profectū
lucrum ⁊ vtilitatē. etſi appediabunt ſe ſuper inimicos ſuos: eos ſupa-
būt ⁊ lucrabuntur ſibi villas cōuicinas. Cadetq diſcordia inter ho-
mines quam rex poſtea rectificabit. Et hec Marciales aduerſitates
⁊ bellorum ſeditiones magis apud meridionales occidentaleſq ſe-
cernent q apud alios: Quis etiam orientales vna cum ſeptentriona-
libus non parū de marcialibus ſentient operibus Ex hinc concluſi-
ne elicitur vndiq fere oriri diſcordias ⁊ bella: cuȝ pauca tamē apud
nos obſeſſione ciuitatū: niſi hoc fiet in nōnullis locis meridiē ⁊ occi-
dētem verſus. que autē hec loca erunt in ſequentibus palam fiant.

# Capitulum quintū de ſtatu quorun-
dam hominū in vniuerſali.

¶ Judei. Senes. Diuites. Monachi nigri. Sutores. Pelliſici. Cer-
dones. Agricole: multa incōmoda ex infirmitatibus aduerſitatibus
inimiciciis repentiniſq mortibus in Januario. Octobre et Nouem-
bre timere habent vbi ⁊ multi captiuitate ⁊ carceribus punient Et p-
ter hec tēpora annū ſatis felicem habebunt.

¶ Spirituales ⁊ eccleſiarū prelati. Sacerdotes. homīes iuſti. Juri-
ſte. Judices/multa ſentient impedimenta in factis eorū: ⁊ plurimas
a vulgo cōmuni aduerſitates. Ver multis mortalia incōmoda. mor-
taleſq morbos indicat vna cū epatis ⁊ ventris dolore. Et ſi in Apri-
li ſeditiones eis minant: has tū ſine graui nocumento tranſgredient.

¶ Bellicoſi homīes. Milites. Armigeri. Exercituum ductores: pro-
ſperum in omnibus rebus ſucceſſum habebunt: ⁊ ob hoc erunt ani-
moſi imperterriti ⁊ multi ex eis regias fere nanciſcantur honores.
Sint tamen preuiſi in Januario Octobre ⁊ in Nouembri ne ſini-
ſtram fortunā in factis eorum cōperient/alias in rebus belli eis fortu-
nate ſuccedet Turci hoc anno multa damna ingerunt eccleſie: ⁊ hoc
magis in Aprili q in aliis temporibus prefigurabitur.

¶ Reges. Principes. homineſq; ex alto ſanguie progeniti quāta ma=
la et incōmoda ſuſtinebunt magis miſerandū q̄ ſcribendū eſt. ꝑmul=
ti eñ ex eis vitam miſere finient: alij a vulgo cōmuni multas aduerſi=
tates ⁊ perſecutiōes ſentient. accipiēt ⁊ reges ſubſtantiam genti ⁊ ma
lum ſibi facient. ob hoc gentes permulti contra reges ſe erigent ⁊ cor
nua aduerſitatis ſument: vnde timebit̃ ſuper reges meridionaliū. hiſ=
panorū ⁊ occidentaliū hominū ob infortunium qđ illis eueniet per
quoſdā inimicos ſuos ⁊ mortales egritudines. Et ex quo ſol eſt no
bilior ſtellarum: ideo reſpicit nobiliores homines ſicuti ſunt reges: et
cum ipſe Eclipſim patit̃/patiuntur ⁊ mortem ⁊ damna reges ſupre=
mi ⁊ alti principes. Nunc cū inuictiſſimus potentiſſimuſq; noſter
Romanorū Ceſar Maximilianus ſupremū ⁊ nobilius caput criſtia
nitatiſ eſtimatur. neceſſariū ſibi erit vt ſe bono regimīe muniat: ne ob
infortuni ūeclipſis grauia ſuſtinebit pericula. Et ſi Jupiter in virgi=
ne non diuoluaret̃: ſub quo vt multi volunt ceſar in lucem prodijt: ti
mendū eſſet ipſum hoc anno cadere in mortis pericula. Nam vix p̄=
teribit annus iſte aut ſequens puto. M. ccccc. xix. quin vnus de ter=
ra Romanorū imperatorum vitam amittet. vnde maximus exoriet̃
in populo tumultus. tunc trahemus repugnantem Cattum quem in
ꝓgnoſtico anni. M. ccccc. xv. depingere feci: gaudebit q̄ tūc vincet.
¶ Mulieres. Puellule. Muſici. Hiſtriones. Joculatores. Leti ⁊ ve
nerei homines fortunata proficuaq; itinera facient. bonā fortunā in
factis eorū habebūt: multis tñ in eſtate aſtra fortes egritudines: colli
brachiorū: ⁊ manuū minant̃. ob quas aliqui vita priuabunt̃. quare
ſint ſolliciti in februario. marcio. auguſto. et circa finem decembris.
quoniam hec tēpora multa mala eis minant̃.
¶ Magiſtri. Studētes. Oratores. Poete. Scribe. Cōpoſiſte. Mer
catores: omēſq; ſcientiarū amatores. timeant. vij. Januarij diem. iij.
Marcij. viij. ⁊. xviij. Junij. xvij. Julij. xvij. Septēbris. xxiiij. Decē=
bris. nam circa hec tempꝰa febres peſtilenticas: mortales morbos ca=
pitis: oculoꝝ ⁊ gutturis dolores aſtra eis indicant. ipſi tamen ſi pro=
uiſi fuerint leuibus medijs his malis obuiabunt.
¶ Vulgus cōmunis. Nuncij. Viatores. Aurige multa mala a regibꝰ
principibꝰ ⁊ nobilibꝰ ſuſtinebunt. vnde multis in locis inſurget mur
murans vulgus cōtra rectores ⁊ gubernatores eorū. mors etiam re=
pentina varijq; dolores multos ex vulgo cōmuni necabunt: ⁊ vt bre
uibꝰ cōcludā. dico vulgū cōmunē multa pati hoc anno incōmoda: ad
uerſitates: inimicicias ⁊ multos mori lamentabili ⁊ repētina morte.

# Capitulum Sextū de quibuſdam re=

gnis prouincijs ⁊ ciuitatibus.

¶ Heydelberga: nil mali timeo heydelbergenſib⁹ futurã. niſi repenti nã mortem ex peſtifero morbo: aut alias graues egritudines: quare ti meant dolores capitis: febreſq́ꝫ acutiſſimas. Et ſi aliquorũ aſtrorum influxus aduerſitates ⁊ inimicicias eis minant᷑. has ipſi leuib⁹ obuia bunt medijs. hunc ⁊ eundẽ fere influxũ celi Spirenſes ſentient. Et ſi aliqua aſtra frigus intenſum futurum indicant: vnde nauſea emerge tur de vinearũ et agrorũ deſtructione nõ timeãt. hoc tñ vti ſperandũ eſt nõ nobis. ſed potius meridionalibus futurũ erit. precemur tamẽ deum vt omnẽ malũ celi influxum a nobis auertat.

¶ Liptzenſes qui ſi ſub Tauri dominio vti quidem volunt ſunt. an nũ vt in plurimũ ſatis fortunatum comperiẽt. Etſi in Junio. Julio. a nociuis egritudinib⁹ ſanguinis ⁊ febrib⁹ peſtiferis non moleſten᷑: ſpes erit eos euaſiſſe a nociuis morbis ⁊ ab omi marciali ſeditiõe.

¶ Wurmacia. quattuor grauia pericula aſtra wormacienſibus mi nant᷑. tria ex parte armigerũ ⁊ bellicoſoꝝ hominũ: ⁊ quartũ ratiõe pe ſtis aut aliarum infirmitatũ repentino ictu multorũ hominũ corpo ra necantes: q̃re ſint ſolliciti in Januario. Mayo in Octobri ⁊ No uembri. Sunt ⁊ nõnulla aſtra que huic ciuitati vnam nouam refor mationẽ indicãt. de qua multi triſtant᷑. Et ſicut ſaturnus qui nõ mo dicũ cũ wurmacienſibus participat iam ad triginta annos extra do mũ ſuam diuoluebat᷑: et nunc iſto anno iterũ intrauit in eam. ſic for te ſimili modo intrabit in hanc ciuitatem vnus magnus ⁊ potẽs qui iam longe in ea non fuit: qui forte ciues rectificabit vt dictum eſt: de us ſcit omnia.

¶ Moguncia: vix euadet annũ qui nõ ab aliquib⁹ armigeris ⁊ eque ſtribus impugnabi᷑. ⁊ habitatores huius ciuitatis grandes capitis ⁊ pedum dolores patiun᷑. ⁊ multi morte repentina morientur. hab bunt ⁊ eſtatem bonã ⁊ frigus in hyeme conſtringens qđ nocumen tum multis rebus mina᷑.

¶ Jngelſtadium. Forliuium. Ferraria. Mantua. Teruis: necnon et Pariſius ſimiliter ⁊ terra Juliacenſis ⁊ Monteſis fere eundem in fluxum celi cũ moguntinenſibus ſentiet. ⁊ forte ex illis locis iam di ctis exibit vnus qui malũ attentabit facere imperatori ⁊ regi Roma norum: ⁊ fortificabun᷑ contra eorũ inimicos ⁊ eos vincent. Sint ta men ſolliciti in Februario Octobri ⁊ in Nouembri ne infauſtam for tunam comperient.

¶ Luba. Confluentia. Treueris. Colonia timere habent ignis com buſtionẽ. homicidia. rapinas. diminutionẽ fructuũ ⁊ ignem caden tem in horreas ⁊ granaria propter fulmina ⁊ tonitrua cũ nocumen

ro plurimũ rerũ patientur:et egritudines cordis ⁊ ſanguinis.febres
acutiſſimas.⁊ permulti ex his locis homĩes tranſibunt de ſua lege ad
aliam:⁊ multa turpia cõmittent.maior tamen pars aſtrorũ eis annũ
pacificum ⁊ frugiferum preſagiunt.

¶ Aquiſgranũ.ſi nil aduerſi de inimicis et morbis acutis in Mayo
et Junio ſentient:cõperient annũ vt in plurimũ quietum ⁊ frugiferũ.

¶ Franckfordenſes. Erffurdenſes. Saltzburgenſes. Nurenbergen
ſes vna cum Vlmenſibꝫ fere cũ Aquiſgranenſibus eundem celi in-
fluxum ſentient. Timeant tñ franckfordenſes Januariũ. Octobrẽ
et Nouembrem ne ab aduerſarijs moleſtent:⁊ ne graues ⁊ morta-
les egritudines patient. Aliqui etiam aſtronomi Erffurdenſibꝫ peſtẽ
aut acutos morbos cito necantes pſagiunt:quare timeant Aprilẽ ne
in eo infauſta fortuna eos arrideat. Sint etiam Nurenbergẽſes aui
ſati in Januario. Aprili. Octobri:⁊ in Nouembri.quoniã hec tem-
pora multa mala eis predicent.

¶ Herbipolis. Haſfurt. Baſilea. Lumbardia. Mediolanũ. Anglia
Armenia. Flandria. Si ſub dominio geminorũ ſunt quẽadmodum
permulti volunt.non euadũt morbos peſtilẽticos et capitis dolores
erit ⁊ apud illos mors in animalibꝫ:ventus calidus veneficus ⁊ hor
ribilis:fortiaqꝫ tonitrua damnũ multis rebus ingerẽtes. Et forte erit
in aliquibus de predictis locis apparitio inſurgentiũ qui ſe inuicem
interficient:deinde fugient ad alienas ciuitates.quare ſint ſolliciti in
Mayo Junio in Auguſto et ſeptembri.nã multa incõmoda eis his
temporibꝫ prefigurabunt et ſi tranſibũt hec tẽpora indemnes regra-
tiant deo.gaudebunt ⁊ hec loca in multitudine fructuũ ⁊ in bonita-
te meſſis.

¶ Themar:mortales egritudines cerebri et capitis patietur.etſi trãſi
bunt Januariũ Mayum Juniũ Octobrem ⁊ Nouembrem ſine ad
uerſitatibus comperiet annũ in omibus fortunatum.

¶ Argentina. Si ſub virginis dominio reperit immunis erit aduer
ſitatibus ⁊ dampnis:⁊ annũ vt in plurimũ pacificũ ſanũ ⁊ quietum
habebit ⁊ malis imminentibus leuibꝫ obuiabit medijs.

¶ Monachum vna cũ Eyſtat:ſi propter eclipſim nõ inquietabũtur
⁊ ex parte mortaliũ infirmitatum habebunt annũ ſatis fortunatum.
timendũ tñ eſt vulgum cõmunẽ ſuis reſiſtere ſuperioribꝫ ⁊ dominis.

¶ Romani.multa mala cõſequent:cadetqꝫ in eos mors ex diuerſis
egritudinibꝫ ex vẽtoſitate ⁊ ſanguine:timeãt ne ab inimicis circũden
tur.⁊ ne potentiores romani aut de Romano imperio lamentabili-
ter morient ⁊ proſternent.

¶ Hiſpani. Ciuibus hiſpanie infortunia ex interfectione aduenũt ⁊

egritudinibꝫ et morbis timoroſis. ſimiliter ꝛ multa tonitrua choruſcationes ꝛ venti orientales multis in locis nocumentū frugibꝫ afferentes.

¶ Ungaria. Morauia. Sclauonia. Croacia. Corithia. ꝛ magna pars bohemie ſe multū exercebunt in militia ꝛ rebus belli: ꝛ homines horū locorū: timeant egritudines febriū. ꝛ ex feruore ſanguinis dolores iuncturarū ꝛ capitis: ꝛ corroborabit̄ apud eos dolor pregnantiū ꝛ multiplicabunt̄ lupi. erit eis ver pluuioſus ꝛ ventoſus Eſtas cōueniens Hyems frigida ꝛ humida: ꝛ multi ex peſtilentico morbo finient vitam: multiplicabit̄ panis ꝛ frumenta. Et ſi eis defectus in frugibus minat̄: hic tollerandus erit. vnde annū vt in plurimū fructiferū habebunt. menſis Mayus Junius Auguſtus ꝛ September eis in multis contrariant̄. Et aliqui aſtronomi ſub hac influentia volūt eſſe etiā Hiſpaniam Mediolanū. wyennā. Budam. Auinionem. Suriam. Athenſim ꝛ multa loca cis Enum fluuiū.

¶ Polonia minor. Venetie. Florentia. Ferraria. Neapolis. Janua. Brunſwiga. multis circundabunt̄ egritudinibꝫ ꝛ febribꝫ peſtilētialibus multorū corporū animas ab his terrenis rapiens. Corroborabunt̄ contra inimicos eorum ꝛ eis fortiter reſiſtent ꝛ in fugam conuertunt. Sint tñ eorū domini auiſati in Januario. Aprili. Octobri et Nouembri: ne quidquā notatu dignū his menſibus inchoant. ne aduerſam fortunā cōperient: ꝛ ne in manꝰ inimicorū cadent. Qui autē venetenſes ſub piſcibꝫ arbitrant̄ non negabūt quin habebūt magnas aduerſitates cū ſpiritualibꝫ prelatis ſupremi ſtatus.

¶ Polonia autē maior. Tartaria Ruſſia alba. Marchio. Schleſia Miſna. Saxonia. ſi in Junio ꝛ Julio nil mali de aduerſitatibus et varijs morbis: tum pcipue capitis ꝛ dorſi ꝛ ex ventoſitate ꝛ ſanguine ſentient: annū ſatis fortunatū fructiferū ꝛ pacificum comperient. Nonnulli etiā volunt Bambergam eundē cum pdictis locis ſentire celi influxum.

¶ Francia.. Burgundia. Alemania baſſa. Granata. Barbaria. multū ratione eclipſis damnabunt̄. nam inhabitantes hec loca ne dum peſtilētico vexentur morbo: alijſqꝫ grauibꝫ egritudinibꝫ eos ſubito necantibus: verumetiā et inimicoꝝ aduerſitates videbunt ꝛ vnus aut plures de potentibꝫ horū locorū vitā miſere amittet: aut captus a ſuis detinebit̄. periculoſiora eis tēpora erunt Mayus ꝛ Junius.

## Capitulum Septimū de diſpoſitione duodecim mēſium anni in qualitatibꝫ primis.

¶ Tempus hyemis vniuerſali iudicio (quod eſt a principio januarij

vſqꝫ in marciũ ad frigiditatẽ et ſiccitatem declinabit: et multis in locis meridionalibꝫ ⁊ occidentalibꝫ emerget intenſum ⁊ durabile frigꝰ qȯ nocumentũ multis rebus minatur.

**Dies.** Sabbatho ⁊ dñica poſt circumciſionis dñi ventus frigidus: multis in locis cũ niue. effectus alicubi tardabit vſqꝫ in ſecundã feriã poſt. A feſto epiphanie dñi vſqꝫ ad dñicam poſt dies frigidi in quibus multis in locis cadet niuis copia.

## Noua luna Februarij.

Erit ſcḋa feria poſt Pauli heremite poſt meridiẽ. hora. iiij. minuto. xxiiij.

**Dies.** Circa octauas epiphanie dñi erunt ventꝰ frigidi: et multis in locis vehemens: ⁊ durabile frigus poſt qȯ cadet nix. ⁊ hoc forte ſexta feria aut ſabbato poſt. Tercia feria poſt anthonij nix. Agnetis ventus frigidus adducens ad ſequentẽ diem niuẽ. In craſtino vincentij aut circa cõpetens frigus: alicubi humiditas niualis.

## Plena luna Februarij.

Erit altera cõuerſionis pauli poſt meridiem. hora decima. minuto. xlv.

**Dies.** Circa quintã feriam poſt pauli multis in locis humiditas niualis ⁊ ventoſa: alicubi ſatis frigidum tẽpus. Dominica ſequẽti multis in terris ventus niualis aut humidus. ¶ Et hic finiunt dies januarij in quibus multis in regionibꝫ apparebit grande frigus multis in locis frumentis nocumentũ ingerens: ſperandũ tamẽ erit apud nos hos dies emergi cũ temperato frigore qȯ magis frumento prodeſt ꝙ obeſt. Purificationis marie aut prope frigus: alicubi niuale. Dorothee. alicubi magnũ frigus cũ forti flatu ventorũ frigidorũ. ad dominicam ſequentem niuem apportans.

## Noua luna Marcij.

Que erit in die ſcolaſtice mane hora tercia minuto. xix. forte cũ ventis humidus exoriet.

**Dies.** In craſtino ſcolaſtice ventus. Sexta feria poſt aer frigidus. Valentini mutatio ꝓ humiditate. Circa quartã feriam poſt ventus fortis: alicubi humidus. Sexta feria poſt valentini frigus. In profeſto aut feſto Mathie ventus: alicubi fortis: multis in locis humiditatem mouens.

## Plena luna Marcij.

Erit in craſtino Mathie apoſtoli poſt meridiem hora tercia. minuto octauo.

**Dies.** Sabbatho poſt Mathie aut circa frigus humidum mouens. Tercia feria poſt mathie aut ſequẽti obſcurus aer ⁊ ventoſus. Poſt adriani frigus: ad noctẽ humiditatẽ ventoſam mouens. Perpetue ventus alicubi humidus. humiditas alicubi tardabitur vſqꝫ ad quartam feriam poſt.

## Noua luna Aprilis
Erit in profeſto Gregorij pape poſt meridiē. hora. iiij. minu. ij.

## Dies
Gregorij frigus niuem aut humiditatē mouens. Secunda feria poſt gregorij pluuia. Gerdrudis ventus. Sexta feria poſt gerdrudis aer frigidus. Circa benedicti alicubi maximū frigus: multis in locis ad aliquot durans dies. apud nos tamē cum humiditate emerget. Annūctionis marie aut ſequenti pluuia frigida alicubi cū lapillis.

## Plena luna Aprilis.
Que erit ſabbatho poſt Annūciatōnis marie mane hora. iiij. minu. xxxj. multꝭ in locꝭ cū hūiditate appebit.

## Dies.
Secūda aut tercia feria poſt palmarū ventus alicubi cū pluuia. Quinta aut ſexta feria poſt palmarū frigus: alicubi pluuia. Tercia feria poſt paſche ventus humidus. Quinta ⁊ ſexta feria poſt paſche ventus fortis: alicubi magna pluuia. ⁊ in locis calidis circa hos dies audient tonitrua cum fulminibus: multis in locꝭ damnū ingerentes turribus ⁊ domibꝰ.

## Noua luna May.
Erit ſabbatho poſt Paſche. mane hora tercia. minuto. xxxv.

## Dies.
Dominica poſt paſche ad noctē aer humidus: alicubi tardabitur vſqꝫ ad terciā feriam poſt: vbi tunc multis in locis humiditas cum vento exorietur. Poſt tiburcij ad noctē humiditas Circa terciā feriā poſt valeriani ventus: alicubi humidus. Circa georgij humiditas frigida.

## Plena luna May.
Erit in die Marci euangeliſte poſt meridiem hora tercia minuto ſecūdo.

## Dies.
In craſtino vitalis hūiditas. ¶ Et hic finiunt dies menſis Aprilis in quibus multis in regionibꝰ exorietur corrūpens frigiditas ⁊ pluuia. apud nos tamē habebit dies ſatis tempatos in frigiditate ⁊ humiditate. Inuētiōis crucis ⁊ diebus ſequentibꝰ pluuia: alicubi tardabitur vſqꝫ ad quartā feriam poſt.

## Noua luna Junij.
Que erit dñica Rogationis poſt meridiē: hora ſexta. minuto ſcdo. multis in locis cum humiditate inſtabit.

## Dies
In profeſto aut feſto aſcenſionis domini ventus pluuioſus. Dñica poſt Sophie aut prope pluuia obſcura: aut ad minus ros cadet. In craſtino potentiane aut ipſo die pluuia.

## Plena luna Junij
Que erit ſecūda feria poſt penthecoſtes poſt meridiem. hora vndecima. minuto. xvj. cum flatu vētoꝝ humidorū apparebit.

## Dies.
A ſecūda feria poſt penthecoſtes vſqꝫ ad finem mēſis

Maij dies mutatim pꝛo vētis ⁊ pluuia. Et his in dieb multis in lo=
cis inſtabit impetuoſus ventus ⁊ pluuia foꝛtis: alicubi tonitrua foꝛ=
tia et fulmina. Circa Bonifacij pluuia.

**Noua luna Iulij.** Que erit tercia feria poſt bonifa=
cij. mane hoꝛa ſeptima. minuto ſe=
cundo: cū pluuia exoꝛiet. que multis in locis tardabit vſqꝫ ad quartā
feriā. Barnabe ventus. Circa viti ventus humidus. Dominica poſt
viti aut circa pluuia frigida iuxta tēpoꝛis qualitatem.

**Plena luna Iulij.** Que erit in vigilia Johānis bap=
tiſte. mane hoꝛa ſexta. minuto. xiij.
multis in locꝭ hu=
mida emergetur.

**Dies.** In vigilia aut die petri ⁊ pauli pluuia.
alicubi magna ⁊ cuꝫ granulis ⁊ guttis
magnis: alicubi tonabit. In craſtino viſitationis marie pluuia. Se=
cunda feria poſt humiditas.

**Noua luna Auguſti.** Erit quarta feria poſt octa=
uas petri ⁊ pauli poſt meri=
diem. hoꝛa no=
na. minuto. xlvij.

**Dies.** Septem fratrū ventus. Margarethe
ventus: alicubi foꝛtis cum humiditate
In pꝛofeſto ⁊ feſto allexij pluuia: alicubi notabilis Tercia feria poſt
allexij aer humidus.

**Plena luna Auguſti.** Erit in die marie magdale=
ne poſt meridiē. hoꝛa pꝛima.
minuto
nullo.

**Dies.** Jacobi ad noctē aut ſequenti pluuia: alicubi tar=
dabitur vſqꝫ ad quartā ⁊ quītā ferasi poſt. Se=
cūda aut tercia feria poſt ad vīcula petri pluuia: alicubi cū granulis.

**Noua luna Septembꝛis** Erit in die Sixti poſt
meridiem. hoꝛa pͥma.

**Dies.** In vigilia aut die laurentij ventus pluuioſus. Circa hy=
politi pluuia. In craſtino aſſuptiōis marie humidus aer.

**Plena luna Septembꝛis.** Que erit in die Bern
bardi poſt meridiem.
hoꝛa. viij. minuto. v. cum
ventis humidis inſtabit.

**Dies.** Bartholomei aut ſequenti plu=
uia: alicubi tardabit vſqꝫ ad ſe=
xtam feriā ſabbatho aut dominicam poſt Bartholomei. Sabbatho
poſt Egidij ventus.

**Noua luna Octobꝛis.** Erit dominica poſt Egidij.
mane hoꝛa. iiij. minu. xxiij.

**Dies.** Secūda feria poſt egidij aut circa pluuia ventoſa. Qui=
ta aut ſexta feria poſt natalis marie vētus cū pluuia. Do=
minica poſt natalis marie ventus foꝛtis ⁊ humidus. Quarta Quin

Sexta ferijs poſt exaltationis crucis dies mutatim pro ventis et humiditate: et forte in eis apparebit ventus fortis: alicubi terremotui ſimilis fortia tonitrua ⁊ fulmina ⁊ nociua multis rebus.

**Plena luna Octobris.** Que erit dominica poſt exaltationis crucis. mane hora ſexta. minuto. xxxv. multis in locis cum pluuia exorietur.

**Dies.** Mauricij humiditas: alicubi tardabit ad ſequentem vel ad ſextā feriam aut ſabbathū. In craſtino michaelis ventus fortis cuꝫ pluuia. Circa dominicā poſt Remigij multis in locis humiditas.

**Noua luna Nouembris** Erit in die frācisci poſt meridieꝫ. hora ſeptima. minuto deci moſeptimo.

**Dies.** In craſtino franciſci humidus aer: alicubi tonabit. Dioniſij ⁊ ſequenti ventus aducēs multis in locis pluuiam. Galli humiditas ventoſa.

**Plena luna Nouembris.** Que erit ī die luce euā geliſte poſt meridiem. hora ſeptima multis in locis cū humiditate mouebit: ⁊ hūiditas alicubi tardabit vſqꝫ in craſtinū luce ad noctē. Sabbatho dominica ⁊ ſecunda feria poſt vndecim milia virginū ventus frigidus ⁊ humidus et in locis montoſis cum niue aut cum grandine. In vigilia Simonis ⁊ Jude forte ad noctem pluuia. Sabbatho poſt ſimonis ⁊ iude multis in locis humiditas.

**Noua luna Decembris** Erit Quarta feria poſt omnīū ſanctoruꝫ. mane hora nona. minuto. viij.

**Dies.** Leonhardi aer obſcur⁹ ⁊ humidus: alicubi humiditas tardabit vſqꝫ ad ſecundā feriaꝫ poſt. Circa briccij ventus frigidus: multis in locis niuem adducēs aut pluuiam.

**Plena luna Decembris.** Que erit Quarta feria poſt Briccij. ante meridiem. hora decima. minuto. viij. alicubi cum humiditate orietur: ⁊ multis in locis humiditas a primo altera die apparebit Eliſabeth aut ſequenti ventus frigidus niualis. Katharine aut altera nix aut pluuia Sabbatho poſt frigus. Andree ad noctem aer humidus niualis.

**Noua luna Januarij.** Erit Quinta feria poſt andree poſt meridiē. hora nona. minuto. xxxiij.

**Dies** Circa Barbare frigiditas niuem mouens. alicubi tardabit vſqꝫ ad feſtū Nicolai: aut poſt nicolai. Sexta feria poſt conceptionis marie frigus: poſt qḋ ſequetur

nix. Lucie aer humidus: aut ſequenti die.

**Plena luna Januarij** Que erit Sexta feria poſt lucie. mane hora tercia. minuto. liij. cũ frigiditate orietur. **Dies.** Thome aut ſequenti ventus fortis: alicubi niualis. In vigilia ⁊ die Natalis domini ventus frigidus ſatis: alicubi multitudo niuis. Quinta aut ſexta feria poſt thome ventus frigidus cum niue. Alicubi circa finē menſis decembris inſtabit maximũ frigus cum grandinibꝰ: alibi vero vehemens ventorũ flatus cum vehementi pluuia: ⁊ hoc in locis a natura calidis. Aliqua aſtra indicant hoc anno multis in regionibꝰ terremotũ aut horribilem ventum terremotui ſimilem: deus ſcit omnia cui nihil eſt occultum.

# Concluſio.

¶ Hec ſunt illuſtriſſime princeps futura Anni. M.ccccc.xviij. que iuxta antiquorũ Aſtronomorũ precepta huic inſerui prognoſtico qḋ rogo ſaltem ſemel legas. comperies profecto in eo que non modicã vtilitatem tuo ducatui apportabunt. Vale.

¶ Erunt ⁊ hoc anno due Eclipſes vna Solis: altera Lune. Eclipſis ſolis incipiet tercia feria poſt Bonifacij. mane hora quarta. minuto. xlviij. et finietur hora ſeptima. Durabitqꝫ ad duas horas. duodecim minuta. Et obſcurabitur ad vndecim fere puncta.

¶ Eclipſis autẽ Lune incipiet in profeſto vrbani poſt meridiem. hora nona. minuto. xlij. et finietur hora duodecima. minuto. v. Durabitqꝫ ad tres horas octo minuta. Et obſcurabiť corpus eius ad nouem fere puncta. Quid autẽ hec eclipſes portendunt ſatis dictũ eſt in prognoſtico. Et forte latius de eo in ſpeciali prognoſtico deo fauẽte dicetur quod in breui in lucem prodibit.